BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 300v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inquietudinem arte molliebant
ut non excitantibus sed agnoscen
tibus holofernes euigilaret. nul
lus enim audebat tabernaculum vir
tutis assiriorum ~~pulsare~~ pulsando aut
intrando aperire. sed cum venissent
duces eius tribuni et universi maio
res exercitus regis assiriorum dixe
runt cubiculariis intrate et excitate
illum quoniam egressi mures de ca
vernis suis ausi sunt provocare
nos ad prelium. Tunc ingressus
vagao cubiculum eius stetit ante
cortinam et plausum fecit manibus
suis suspicabatur enim illum cum iu
dith dormire. sed cum nullum mo
tum iacentis sensu aurium caperet
accessit proximans ad cortinam et
elleuans eam. videns quia cadaver
absque capite holofernis in suo sangui
ne tabefactum iacere super terram ex
clamavit voce magna cum fletu et
scidit vestimenta sua et ingressus ta
bernaculum iudith non invenit eam
et exilivit foras ad populum et dixit
Una mulier hebrea fecit confusionem
in domo nabuchodonosor regis. Ec
ce enim holofernes holofernes iacet
in terra et caput illius non est in eo
Quod cum audissent principes vir
tutis assyriorum sciderunt vestimen
ta sua et intollerabilis clamor et tre
mor cecidit super eos et turbati sunt
in medio castrorum eorum.

XV

Cumque omnis
exercitus decollatum holo
fernem audissent fugit
mens et consilium ab eis. et solo tre
more et metu agitati fuge presidium
sumunt. ita ut nullus loqueretur
cum proximo suo. sed inclinato ca
pite relictis omnibus evadere inte
bantur hebreos quos armatos ve
nire super se audiebant. fugientes per
vias camporum et semitas vallium
Videntes itaque filii israel fugientes secu
ti sunt illos descenderunt clangentes
tubis et ululantes post ipsos. Et quoniam
syri non adunati in fugam ibant pre
cipites. filii autem israel uno agmine per
sequentes debilitabant omnes quos
invenire poterant. Misit quoque ozias
nuncios per omnes civitates et regiones
israel. omnis itaque regio omnisque urbs
electam iuventutem misit post eos
armatam et persecuti sunt eos in ore
gladii quousque pervenirent ad extremi
tatem finium suorum. Reliqui autem
qui erant in bethulia civitate ingressi
sunt castra assiriorum et predam
quam fugientes assirii reliquerant abstu
lerunt secum et honustati sunt valde
hii vero qui reversi sunt ad bethuliam
omnia quecumque erant illorum ab
stulerunt secum. ita ut non esset nu
merus in pecoribus et in iumentis
et in universis mobilibus eorum
ut a minimo usque ad magnum omnes
divites fierent de predationibus eo
rum. Ioachim autem summus pontifex ve
nit de ierusalem in bethuliam civitatem
cum universis presbiteris suis ut vi
deret iudith. Que cum exisset ad
illum. benedixerunt illam omnes una
voce dicentes. Tu gloria ierusalem tu
leticia israel tu honorificencia populi nostri.
que fecisti viriliter et confortatum est
cor tuum eo quod castitatem amaueris